# KURENDY

## Przemyskiego Konsystorza Biskupiego obrz. łac.

## ROCZNIK 1870.

## II

### Decretum.

Nonnulli Sacrorum Antistites, qui oecumenico Concilio Vaticano intersunt prævidentes se a propriis diœcesibus fore absentes Feria V. in cœna Domini anni hujus ac preinde sacra Olea in usum earumdum diœcesium ea Feria consecrare non posse, a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX. obsequentissime exquisierunt, ut huic necessitati providere dignaretur. Eorum autem precibus subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario eidem Sanctissimo Domino Nostro fideliter relatis, Sanctitas Sua perpendens etiam sententias tum alterim ex apostolicarum cæremoniarum Magistris, tum Rdmi Domini ejusdem Sacræ Congregationis Assessoris, qui prae oculis habuerunt consessiones in peculiaribus et similibus casibus factas; suprema auctoritate sua derogando ab Ecclesiasticis hac de re præscriptionibus indulsit, ut in diœcesibus, in quibus non adsunt Rmi Ordinarii, si titularis aliquis Episcopus non invenjatur, vel a vicinis diœcesibus Olea sancta hoc anno consecrata haberi facile nequeant, vetera Olea superioris anni adhiberi valeant in benedictione Fontis Baptismalis tum in Sabbatho Pentecostes, nec non in solemni collatione Baptismatis ac in ungendis infirmis. 7 Apostolica dispensatio circa Olea ss. pro anno currenti indulta.

Rmi autem ipsi Ordinarii monere curabant quamprimum illos ad quos spectat de prædicta Apostolica Dispensatione, ut Olea sacra non deficiant: infundendo etiam urgente necessitate, partem modicam et minoris quantitatis Olei non benedicti in Oleis benedictis, Sanctionibus quibuscumque ac Decretis in contrarium disponentibus minime obstantibus.

Die 17. Februarii 1870.

C. Episcopus Portuen. et S. Rufinæ Card. Patrizzi. S. R. C. Præfectus. D. Bartolini
S. R. C. Secretarius.

*Loco † Signi.*

Supra positum decretum S. Rit. Congr. cum Vbli Clero curato communicantes, præsentibus ordinamus, ut juxta tenorem illius, in benedictione Fontis Baptismalis tum in Sabbatho Sancto, tum in Sabbatho Pentecostes nec non in solemni collatione Baptismi ac in ungendis infirmis, Oleis sacris ex anno præterito utatur, atque præveniendo defectui Oleorum sacrorum, partem modicam et minoris quantitatis Olei non benedicti ad vetera Olea ss. successive infundere curet.

A Consistorio Eppli. r. l.

Premisliæ die 26. Martii 1870

## Pius P. P. IX.

Oglasza się Brewe Papiezkie na odpust zupełny dla dzieci przystępujących do I. generalnej Komunii św.

Ad perpetuam rei memoriam. Quum sicut accepimus in Ecclesiis Parochialibus Diœcesis Premisliensis pueri, ac puellæ Christifideles sacra Synaxi solemniore ritu ac pompa quotannis initientur, Nos ad augendam fidelium Religionem et animarum Salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris, pia charitate intenti, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, die quo in prædictis Ecclesiis Parochialibus memorati pueri ac puellæ ad Eucharisticam mensam communione generali primitus admittuntur, quamlibet ex recensitis Ecclesiis vere pœnitentes et cofessi Stma Eucharistia suscepta devote visitaverint, et ibi pro Christianorum principum concordia, hæresum extirpatione ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem, quam etiam animabus Christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint misericorditer, in Domino concedimus. In contrarium facien. non obstan. quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud S. Petrum sub annullo Piscatoris die XV. Martii MDCCCLXX. Pontificatus Nostri Anno Vigesimo quarto.

(L. S.) Pro Dno Card. Paracciani Clarelli.

F. Profili Substitutus.

L. 16.

Præs.

Odnośnie do Kurendy II. z r. 1868 L. 11. Præs. zaprowadzającej uroczyste odprawianie I. Komunii wspólnej dzieci po wszystkich tej dyecezyi kościołach parafialnych, podajemy W. W. Duchowieństwu Brewe Papiezkie, jeszcze przez ś. p. Najprzewielebniejszego J. X. Biskupa w Rzymie uproszone, którem Ojciec św. na wieczyste czasy, nadaje odpust zupełny, dla dusz czyścowych także służyć mogący, w dniu tej I. Komunii, dla wszystkich wiernych, którzy spowiedź św. odprawiwszy i przyjąwszy Najświętszy Sakrament, pobożnie odwiedzą Kościół, w którym się pierwsza Komunia generalna dzieci odprawia, i tamże pomodlą się o zgodę panów chrześciańskich, o wytępienie herezyi i o Matki naszéj Kościoła św. podwyższenie.

Z konsystorza Biskupiego ob. łac.

Przemyśl 30. Marca 1870.

9 Congregationes Decanales ex 1869 Questiones in proxima Congregatione resolvendae.

N. 558.

Resolutis singillatim relationibus de peractis congregationibus decanalibus anno 1869, restant quedam generatim commemoranda et ad notitiam V. Cleri diœcesani deducenda. Sane cum vero cordis gaudio percepimus, congregationes decanales in tota Diœcesi cum omni modestia, ordine, gravitate et non exiguo fructu celebratas fuisse. Paucissimi tantum, nam vix quinque excipiuntur Decanatus, ubi vel propter ægritudinem AR. Decanorum vel infaustam aëris temperiem continuosque imbres vel plane prætermissæ, vel saltem indictæ et convocate, tamen ad effectum non sint

deductæ: In omnibus reliquis cœtibus, sicut ex parte AA. RR. DD. Decanorum præstitus zelus, ita ex parte V. Cleri congregati diligentia et assiduitas in resolvendis quæstionibus, promptitudo in subeundis scrutiniis, in contribuendo pro posse ad erigendam Emeritorum domum, alacritas in adimplenda ad amussim ordinatione Consistorii, omnem merentur laudem. Exercitia spiritualia communia, etsi non omnes decanatus sicut sperabamus, anno curenti susceperint, plures tamen decanatus cum ædificatione et exemplaritate eadem practicavere. Quapropter arripimus hanc quoque occasionem, obsecrandi in Domino omnes viros ecclesiasticos, quatenus ad exemplum aliorum unanimiter tam grande opus, tamque salutare renovationis in spiritu remedium, superatis omnibus quibuscunque difficultatibus, quamprimum ad effectum perducere adlaborent. Considerantes porro, quod nonnuli ampliores decanatus pluribus annis privari deberent beneficio congregationum, si eorum AR. Decani aut diuturniori morbo vel aliqua gravi impedirentur difficultate ad easdem convocandas, statuimus per præsentes, ut simili casu obveniente aut AR. Vice-Decanus vel alius e V. Clero seniori Decanatus per AR. Decanum ad convocandam Congregationem et in eadem præsidendum necessario deputetur. Revocamus quoq. in memoriam, juxta ordinationem in Currenda VI. ex 1869 publicatam, elaborata scriptotenus Nobis una cum relatione esse proponenda, quæ post trutinam abhinc restituentur AR. Decano in archivo decanali asservandą. Præter quæstiones a Nobis propositas, liberum erit AR. Decanis et alias singulis elaborandas designare, præsertim vero casus practicos difficiliores resolvendos, quos duce experientia indigentiis Decanatus magis correspondentes judicaverint, preponere. Quæsita, desideria, postulationes et dubia fors in Congregatione ponenda, consultius esset, in antecessum AR. Decano et per hunc confratribus notificare, quatenus postea cum aliqua præparatione, si AR. Decanus æquum judicaverit, pro discussione Congregatis proponi valeant. AR. Decanus vero eorum tantum mentionem in actis faciat, quæ in cœtu reapse discussa fuerunt.

Quæstiones per V. Congregatos anno currenti lingua patria resolvendas proponimus sequentes:

I. Czy zgadza się z sumieniem kapłańskiem utrzymywanie i czytanie dzienników występujących przeciw wierze i kościołowi katolickiemu?

II. Penitent wiejski, młodzian 20letni nie umie nazwać trzech Osób Boskich, niewie kto jest Jezus Chrystus?, co jest Komunia św. ? Czy obowiązany jest spowiednik pouczyć go na spowiedzi? jak go pouczyć? czy może go rozgrzeszyć? pozwolić mu do Komunii św. przystąpić? Czy obowiązany jest penitent powtórzyć poprzednie spowiedzi?

III. Nowożeniec nie może się wykazać metryką urodzenia i chrztu, ta zaś niezbędnie jest potrzebną; gdzie się ma udać z prośbą o uwolnienie od metryki? jak może mu pleban w tej sprawie być pomocnym?

A Consistorio Eppli. r. l.

Premisliæ die 30 Martii 1870.

L. 496.

Na prośbę redakcyi ludowego czasopisma „Chata", które od początku b. r. we Lwowie wychodzi, i przez tamtejszy Konsystorz Metropolitalny zaszczytnie polecone zostało, wzywamy WW. Duchwieństwo, do wspierania nietylko prenumeratą ale i pracą swoją tak pożytecznego pisma, wyłącznie skierowanego ku religijnemu oświeceniu ludu naszego. Rękojmią tego są osoby na czele wydawnictwa stojące tak duchowni jak świeccy, i wydane dotąd numery pisma, odznaczające się doborem artykułów, ślicznemi wierszykami, jasnością i zwięzłością przedstawienia rzeczy, i pięknym a głębokim duchem religijnym, który się przebija mianowicie w opisach żywotów Świętych. Oprócz tego zaleca się to pismo taniością niezwykłą u nas, która je i dla uboższych przy-

10
Poleca się Czasopismo ludowe pod tyt. „Chata,

stępnem czyni. Trzy razy albowiem na miesiąc w formacie jednoarkuszowym w 8ce z miesięcznym dodatkiem „Nowiny“ zwanym wydawane, kosztuje całorocznie tylko 2 złr. a półrocznie 1 złr aw. Administracyą pisma trudni zię księgarnia Lwowska PP. Gubrynowicza i Schmidta. Również przyjmuje prenumeratę lub artykuły JX. Otton Hołyński, wikary przy katedrze we Lwowie.

Przemyśl 26. Marca 1870.

11. Obrazki na pamiątkę I. Komunii św.

Przypominamy WW. Duchowieństwu okólnik z dnia 10. Maja 1869 do Przew. Urzędów Dekanalnych rozesłany, w którym zawiadomiliśmy o sprowadzeniu przez Najprzew. JX. Józefa Nowakowskiego Opata Żółkiewskiego, obrazków bardzo odpowiednich do rozdawania na pamiątkę dzieciom do pierwszej Komunii generalnej przystępującym. Ponieważ tych obrazków jeszcze znaczny zapas się został, a cena za 100 exemplarzy tylko 2 złr. 10 cnt. aw. jest nader przystępną, przeto polecamy WW. Duchowieństwu, aby stosownie do potrzeby na pewną ilość parafii lub na całe Dekanaty wspomnione pamiątki u Najprzew. JX. Opata w Żółkwi zamawiało.

Przemyśl dnia 26. Marca 2870.

12. D. c. składek na cele pobożne.

Do wykazanej sumy ofiar na skarb Ojca Św. w I. kur. t. r. przybyło: Z parafii i od księży w Lutczy 21 złr. 30 cnt. X. Fałat 3 cwancyg. parafia Rzeszów 12 złr. Malawa 1 złr. — A zatem wynosi suma 128 złr. 42½ cnt. 4 cwancyg. 10 kopijek 1 dukat. Na Grób Jerozolimski przybyło do sumy w IX kurendzie z. r. ogłoszonej, od X. Mirskiego 40 cnt. Zatem wynosi suma składek 38 złr. 94 cnt. — Na Missye w Bułgaryi do sumy w kur. I. t. r. ogłoszonej przybyło: X. Mirski 40 cnt. Paraf. Tyczyn 6 złr. 20 cnt. — Wynosi suma składek 45 złr. 66 cnt.

X. JÓZEF HOPPE,
Wikaryusz kapitulny.

## Z Konsystorza Biskupiego obrz. łac.

Przemyśl, dnia 30. Marca 1870.

X. Ignacy Łobos,
Kanclerz.

Z drukarni M. Dzikowskiego w Przemyślu
ulica franciszkańska.